



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Quousq[ue] Domine clamabo & non exaudies. Quousque uociferabor ad te, super iniuria[m], & non auxiliaberis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Quousq; Domine clamabo & non
exaudies? Quousque uocis herabor ad
te, super iniuriā, & non auxiliaberis?

Hic & culpam & populi delicta, ob quae diuinam
super illos animaduersiōnem, uenire necessariū esset,
orditur. Orditur autē uehementi exclamatiōne, ac pre-
cātiōne ad Deum, ac si suāxeret ideo Deo, quod tam
diu ad peccatum connueat, admittatq; , securē adeō se
se excusare homines. Perinde atq; dicat. Multum uobis
quidem prædico, sed nihil iuuat. Verbum meum sp̄e-
tum est, neq; quisquam se corrigit, sed potius ad dete-
rius permūtatur. Quare quo me uertam, nescio, nisi
ut tibi conquerar. Tu uero talem te geris, quasi nec ui-
deres nec audires me. Quae non ideo proponit Habacuc,
quod cum Deo uel delitiget uel contendat, quem-
admodum uerba ferē sonant. Verum enim uero, ut
per hæc attonitum reddat populum, & ad innouatio-
nem uitæ alliciat, demonstretq; , quām iure, ira ista si-
ue onus, illis certissime impendeat. cum nullius plane
concionis, intermissionis, exhortationis, nullius de-
niq; orationis, aduersum illos factæ, cura tangantur.
Quo simul indicat, quod uehementer in redarguendo
populo, in suis concionibus, institerit, multaque ideo
molitus sit, sed nullum sermonibus suis inuentum lo-
cum. Deinde, quod multa sollicitudinc, & angustia,
populi nomine, uratur, futuræ tum ultionis, tum degra-

Habacuc

ANNOTATIONES.

uationis causa, lubenter anticipatus pœnam, et ab eadem liberatus Iudeos. Hi vero utrumque nihilum curant neque credunt instare onus, nec à peccatis desistere, peccatorum in morem auent. ut quamdiu non sentiant, non credant, quantumvis uel minus, uel coræceptionibus impellantur.

Quare permittis, ut uideam ærumnam & laborem? Quare rapinam ac temeritatem circum me demonstras?

V Idem hic de Iudaico cum populo loqui, neque dum de rege Babylonis sermonem eius esse. Queritur enim quād in malo sint, res terræ, statu, quod pessima circa eam facinora contingant, ad quæ tamen conniuendum illi sit, quandoquidem prohibere non possit. quare prædicationis illum tædet, ut optimum quenq; qui lubens anteuertere supplicium cipiatur, ac piros reddere mortales moliantur. Vbi enim animaduenterit, omnino nihil è concione sua fructus præmanare, sed planè deterius fieri, pœnitent eum ferè prædicationis, nec tamen potest, nec audet, propter electos aliquot omittere. Atq; hoc in nostri nobis tum consolationem, tum exhortationē scriptum est, ut ne rarū aut mirū uideatur, si paua ex doctrina nostra, uitam suam corrigant, sed magis in deterius prolabantur. Pleriq; enim omnes ferè concessionatores, præsertim neophyti, dum primū ex iustrina prodeunt, arbitrantur, proti-

B 4 nus q